



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 51. Prælati ab Alphonso Balilea habitæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

## §. LI.

Sæcul. XV.

A. C. 1443.

*Prælati ab Alphonso Basilea avocati.*

Eodem tempore Alphonfus pro parte sua tres illos Cardinales, qui erant ejus subditi, & a Felice ad hanc dignitatem promoti, nempe Panormitanum Archiepiscopum, Dertusensem, & Vicensem Episcopos, adhortatus est, ut Basilea quamprimum discederent, atque in Italiam vel ad suas Ecclesias sese reciperent, si tamen Regis sui gratiam ac benevolentiam cordi haberent, cui in præsentem rerum vicissitudine nil acceptius præstare possent, subjunxitque, se illis auctorem esse, ne alteras, in quibus id ipsum de novo ab illis postularetur, expectarent epistolas: Tres isti Præsules, cognita Regis voluntate, mox etiam invitati sibi parendum esse censebant, eo quod Alphonfi essent subditi, atque in illius Regnis sua possiderent beneficia. Igitur post plures consultationes cum sociis suis habitas, manantibus lacrimis sortem suam dolentes Basilea excesserunt, asserentes, se in Synodi, ac Felicis fide semper permansuros, nec unquam Eugenio adhæsuros; paratos enim se esse, Sacrorum Conciliorum auctoritatem defendere, nec ullo unquam tempore ab eorum doctrina recedere. Abiit die quarta Augusti ce-  
leber ille Panormitanus, ac dimissis Ba-  
fileæ

*Patric. ibid.**Æn. Sylv.**Epist. 54.**Ep. 55.*

Sæcul. XV. filie Cardinalatus sui insignibus Italiam  
A. G. 1443. repetiit, ad Ecclesiam suam reversurus.

*Acta Patric.*  
 p. 1611. Ceteri duo Episcopi pariter ad suas quis-  
 que Diœceses remigrarunt, quos mox  
 secuti sunt reliqui omnes, qui ex Alphonsi  
 Regnis Basileæ erant.

Eodem tempore inter Austriae Du-  
 ces, & Basileenses cives eorumque con-  
 foederatos suscitata est belli flamma,  
 quæ tamen vix mota Prælatorum ibidem  
 congregatorum cura ac labore extincta est.

§. LII.

*Variae Congregationes Basileæ  
 habitæ.*

Basileenses integro ferme hoc anno otiosi  
 hærebant, sive ob Felicis absentiam,  
 sive ob futurum Norimbergensis conven-  
 tus mox celebrandi eventum, quem pri-  
 us expectandum censebant. Quapropter  
 nonnisi quædam habebantur Congrega-  
 tiones, in quibus de privatis agebatur  
 causis, quæ Herbipolensem Præpositu-  
 ram a Bachensteinio expetitam concer-  
 nebant, necnon revocationem cujusdam  
 sententiæ, quam in Curia Romana Fir-  
 manus Cardinalis adversus Philippum  
 Hybernum, aliosque pronunciaverat.  
 Præterea Mense Majo delatæ sunt literæ  
 Francisci Britannicæ Ducis, qui Basile-  
 enses vana spe lactabat, pollicitus, se suos  
 con-